

PAVO TIBETANUS.



CHARACTER GENERICUS.

Pennæ uropygii elongatæ, latæ, expansiles, ocellatæ.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

PAVO dorso superiore tectricibusque caudæ maculis splendide cæruleis, calcaribus binis.

Lath. ind. orn. p. 617.

PAVO cinereus nigricante striatus, capite subcrifato, calcaribus binis.

Lin. Syst. Nat. Gmel. p. 731.

PAVO TIBETANUS.

Brijs. 1. p. 294. t. 28. f. 2.

Cum hanc speciem plene & accurate descripsit Dominus Brisson, verba ejus immutata in opus meum transferre non dubitavi.

“ Hanc *Pavonis* speciem videre nondum mihi contigit. Ipsius descriptionem desumpsi ex icone ad vivum depicta a D. Poivre; & sic eam æri insculptam esse curavi.

Crassitie *Meleagridem* circiter æquat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam duos pedes unum pollicem & sex lineas explet, & ad extre-

mos unguis duos pedes & unum pollicem. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque unum pollicem & septem lineas longum est; cauda octo pollices; pes tres pollices cum sex lineis; & trium digitorum anteriorum medius cum ungue tres pollices: laterales paulo sunt breviores; & posticus unum pollicem longitudine non superat. Mas in parte utriusque pedis posteriore duobus donatur calcaribus, superiore brevior. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non extenduntur. Caput, guttur, collum, pectus, venter, latera, crura et caudæ tectrices inferiores cineræ, lineolis nigricantibus variæ. Dorsum, uropygium, alarum tectrices & scapulares pennæ etiam cineræ, lineolis nigricantibus variæ, maculisque minutissimis albicantibus aspersæ; cum insuper majusculis maculis rotundis, splendide cæruleis, violacco & aureo colore variantibus, in parte dorsi superiore, scapularibus pennis & tectricibus alarum disseminatis. Remiges, tectricesque caudæ superiores pennæ eodem imbuuntur colore cinereo, lineolis nigricantibus vario: & quæque remix penna in medio versus apicem duabus donatur maculis majusculis, rotundis, splendide cæruleis, violaceo quoque et aureo colore variantibus, una supra alteram posita: & unaquæque caudæ tectrix quatuor prædita est maculis concoloribus, binis scilicet utrinque, una etiam supra alteram posita. Tectrices illæ intermediæ longiores; laterales vero gradatim longitudine minuuntur ad extimam usque breviorum. Oculorum irides flavæ. Rostrum cinereum. Pedes grisei: unguesque nigricantes. Habitat in Tibeti Regno.”





London & Pall Mall, August 1800 by W. J. Walker - engraver

inch and six lines, and to the ends of the toes two feet one inch. The bill measures one inch and seven lines from the tip to the corners of the mouth: the tail measures eight inches: the foot three inches six lines; and the middle toe with the claw three inches: the lateral ones are a little shorter; and the hind toe does not exceed an inch in length. The male at the hind part of each foot is furnished with two spurs, of which the superior is the shortest. The wings, when closed, do not extend beyond the beginning of the tail. The head, throat, neck, breast, belly, sides, legs, and lower tail-coverts are ash-coloured, and variegated with small blackish lines: The back, rump, wing-coverts and scapularies are also ash-coloured, with blackish lines, and are sprinkled over with very small whitish spots, and marked with two large round spots of bright blue, varying into violet and gold-coloured reflexions: these spots are scattered over the upper part of the back, the scapularies, and the wing-coverts. The wing-feathers and upper tail-coverts are ash-coloured with blackish lines; and each wing-feather is marked on the middle towards the tip with two large bright-blue spots with the same violaceous and gilded tinges as before, and seated one above the other: each tail-feather also is marked by four such spots, two on each side, one above the other. The middle of these tail-feathers are the longest; the side-feathers gradually shortening to the exterior. The irides of the eyes are yellow: the beak cinereous, and the claws blackish. This bird is a native of the kingdom of Tibet."